



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

LVII. Magdalena luget fratrem extinctum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

## L V I I.

MAGDALENA *luget fratrem  
extinctum.*

**I**TE graues gemitus, suspiriaque ærumnoſa,  
Ite interrupto murmura trunca ſono:  
Vitreaque; imbriferis dolor excute frena procellis;  
Quique liquor nimbis, currat & ille genis.  
Prò quantum aula nefas! primo mors abdicat æuo  
Delicias Solis. lux tua puluis erit?  
Ah ſoror infelix! fraterni è pulueris vrnâ  
Ossa leges, non hoc oſſa legenda ſinu?  
Et modò vos vnum concordi pectore nomen  
Dispare iam fato ſcindet acerba dies?  
Difſidio trifti (quidquam an erudelius?) exſul  
Vita fugit mæſto corde, nec vlla redit.  
Heu! mortis domus atra tenet tua viſcera fratre,  
Cui ſurdæ infracto ſtant adamante fores.  
Sic, ſic, ô miſeram! quondam tua gaudia frater  
Exſangu in glacie frigida larua iacet?  
Fors aliquis tribus in dīgitis admensuſ ad vrnā  
Quid cineris, dicet: Frater id ille tuus.  
Hæc tua ſpes? ſic Bethaniæ ſua præmia genti  
Afferit informi ſparsa fauilla ſolo?  
Huc tot Auſum ceræ? toe & illita purpura fastis,  
Totque per antiquos linea ducta Duces?  
Illum flet rupes, illum flet rupibus Echo,  
Illum flet tonsis anxia terra comis:  
Et liquidi fleuere lacus, fluidique liquores,  
Fons Siloë, ac Siloëſ riuſ, & orbus ager;  
Et Solymæ fleuere nurus, Solymiique nepotes,

I

Illum

Illum & Bethanidūm conscia saxa gemunt.  
 Crudeles nimiūm (si fas sit dicere) Diui!  
 Cūr tantum, ah! terris inuidet æthra decus?  
 Ver abiit cum flore, breues fluxere corollæ;  
 Pro violâ en mœstis sparsa fauilla comis.  
 Non tenerā byssum lapis asperat Indus, & aurū:  
 Sed sedet in furuo nubila vita peplo.  
 Stat cultu sine cultus inops, sine luce vel ostro;  
 Bætica natuuo lana colore gemit.  
 O quoties madidis solemnia vota tabellis  
 Suscipis! & ventis murmur inane vous!  
 O quoties surdo numeras suspiria busto!  
 O quoties muto puluere muta sedes!  
 Quis numeret, quoties respectas cæca sepultum,  
 Delusis quoties ægra doles oculis?  
 Visa frui, quoties vanas amplecteris auras,  
 Tristis vbi somnus fratris imago redit?  
 Nec redit. ah quantū scelus est mors ausa! dolori  
 Vlque tuo vt viuat frater, vbiique perit:  
 Carnifexsq; animat crudo sub pectore flammas,  
 Insolabiliter queis flagrat æger Amor.  
 Ibit inusta pari nunc & soror ipsa cupressu,  
 Fratris in inferias victima prompta mori?  
 Te, cui mors parcit, rapit ergo tyrannis Amoris?  
 Quod genus hoc pietas? fit graue crimē Amor.

## L V I I I.

*Lamentum MAGDALENÆ dum  
CHRISTVS sepulcro conditur.*

**M**i Iesv, diu fida meæ tutela salutis,  
 E gremio præceps laberis in tumulum  
 Deli-